peccatorum : ut à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur. Per eundem Chriſtũ Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*In ſexta ſtatione*: ℟. Ne recorderis. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℣. Dominus vobiſcum.

*Oremus.*

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, propitiare animabus famulorum, famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte : ut mortalitatis vinculis abſolutæ, tranſire mereantur ad vitam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*In ſeptima ſtatione* : ℟. Peccantem me quotidie. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℣. Dominus vobiſcum.

*Oremus.*

ANimabus, quæſumus Domine, famulorum, famularumque tuarum miſericordiam concede perpetuam : ut eis proficiat in æternum, quod in te ſperaverunt & crediderunt. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*In octava ſtatione*: ℟. Domine ſecundùm actum meum. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℣. Dominus vobiſcum.

*Oremus.*

SUpplices, Dñe, pro animabus famulorũ famularũque tuarum preces effundimus, obſecrantes : ut quidquid converſatione contraxerunt humana, & clementer indul-

geas, & in tuorum ſede lætantium conſtituas redemptorum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

*Ingrediendo Eccleſiam:* ℞. Libera me Domine de morte æterna. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℣. A porta inferi. ℣. Requieſcant in pace. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℣. Dominus vobiſcum.

*Oremus.*

FIdelium Deus omnium conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℞. Amen. ℣. Requiem æternam dona eis Dñe. *Poſteà Cantores:* ℣. Requieſcant in pace. ℞. Amen. *Deindè dicitur Pſalmus* De profundis, *in tono ſine cantu, in reverſione ad Sachriſtiam.*

## PROCESSIO FERIÆ Secundæ pro Defunctis.

*In omnibus feriis ſecundis totius anni (niſi in illis venerit aliquod feſtum duplex, vel fuerit tempus Paſchale) fit Proceſſio pro defunctis hoc modo: finita Miſſa Defunctorum poſt Primam, retrahit ſe Sacerdos ad cornu Epiſtolæ, & deponens C[illegible] cipit Pluviale nigrum; Miniſtri verò auferant Manip[illegible] in Proceſſionibus, Subdiaconus defert C[illegible]cē inter duos [illegible]*

*cum cereis accenſis, Diaconus vadit ad ſiniſtram manum Celebrantis, & quãdo Cantor incipit* Kyrie eleiſon, *tranſit ad dexteram, & accepto hyſſopo de manu Acolythi, dat illum Hebdomadario, (& non oſculatur manum Celebrantis cùm accipit, nec cum revertit aſperſorium) & Acolythus cùm accipit aſperſorium de manu Diaconi, vadit, & aſpergit ſepulturas, &c. vide Cæremoniale Provinciæ. Deindè in Eccleſia cantabitur Reſponſorium:* Credo quod Redemptor, *cum Oratione* Deus qui inter Apoſtolicos, &c. *Poſteà decantabitur per Eccleſiam uſque ad primam quadram* ℟. Qui Lazarum reſuſcitaſti, *cum Oratione* Deus veniæ largitor. *Deindè in ſecunda, tertia, & quarta quadra cantabuntur Reſp.* Domine quando veneris, Memento mei Deus, Hei mihi Domine, *cum Orationibus, ut ſuprà, ſicut in Proceſſione generali omnium Defunctorũ; ſtatim ingrediendo in Eccleſiam dicatur* ℟. Libera me Domine de viis inferni, *fol.* 126. *cum verſibus, & Oratione* Fidelium Deus omnium conditor, &c. *ut pagina proxima præcedenti.*

# MODUS RECIPIENDI
## Novitios ad habitum noſtræ Religionis.

*Is, qui jam poſt receptionem ad Ordinem noſtrum, & habitum ſuſcipiendum ſolemniter examinatus, & approbatus eſt ſecundum Conſtitutiones Summorum Pontificum, debet in primis confiteri, & abſolutionem recipere, Sacroſanctoque Corpore Domini noſtri Jeſu Chriſti communicari eo die, antequam habitum ſuſcipiat.*

*Secun-*

*Secundò debet pulſari campana Capituli ſatis prolixè ut omnes Fratres conveniant in Capitulo, vel in Eccleſia, ſi Prælatus ob affluentiam populi præceperit, & etiam hoſpites interni, quia iſte actus eſt de ſolemnioribus, & principalibus Ordinis, & omnibus ibi congregatis, habitus debet poni in modum Crucis, cum caparone, & chorda, & aqua benedicta ſuper pavimentum; & Prælatus debet habere ſtolam à colo pendentem coloris diei.*

*Cauſa per Prælatum denuntiata Fratribus, debet vocari Novitius induendus, & genua flectens coram Prælato ante habitum extenſus, debet eum, & totam Communitatem humiliter obſecrare, ut ad habitum, & Ordinem eum recipere dignentur, hoc modo:*

Muito Reverendo Padre Guardiaõ, trez dias ha que aſſiſto em o Noviciado deſte Convento, no qual tempo, e lugar tenho alcançado ſufficiente noticia dos preceitos da Regra deſta Sagrada Religiaõ, e ſua regular vida; e por me conformar com tudo, peiſſo a voſſa Paternidade pelo amor de Deos me queira lançar o Habito de N. S. P. S. Franciſco para melhor ſervir à Deos, e mais ſeguramente ſalvar a minha alma.

*Prælatus faciat, ſi voluerit, brevem collationem, & diſcurſum, vel de mundi contemptu, vel de bono ſtatus religioſi, vel de perfectione ſtatus Ordinis noſtri, vel aliqua alia materia pia, & devota, & tunc præcipuè proponantur Novitio ardua Religionis noſtræ, & quidquid in ea obſervandum ſit, & interrogetur ſi habeat bonum propoſitum ea omnia ferendi, & obſervandi.*

*Debet rurſus interrogari coram omnibus, ſi habeat omnes conditiones requiſitas in eis, qui noſtro habitu indui volunt, & ei intimare, quod ſi una ex illis defuerit, ſtatim expelletur, etiam*

*poſt*

*poſt profeſſionem. Hæ ſunt tamen ſummatim conditiones.*

1. Se he fiel Catholico, e de nenhum erro ſuſpeitoſo.
2. Se he ſam em o corpo ſem enfermidade alguma contagioſa.
3. Se he livre de condiçaõ.
4. Se eſtà ligado com Matrimonio conſummado.
5. Se vem de ſua propria vontade a buſcar a Religiaõ, e com animo de padecer martyrio, ſe neceſſario for.
6. Se he naſcido de legitimo Matrimonio.
7. Se eſtà livre de dividas, e de dar contas.
8. Se he letrado competente, e apto para ſervir a Religiaõ.
9. Se eſtà livre de crime, ou delicto, que mereça caſtigo judicial.
10. Se tem alguma infamia vulgar, ou macula na linhagem.
11. Se tem dezaſeis annos completos.

*Exponantur ei privilegia Summorum Pontificum, quibus indultum eſt noſtram Religionem intrantibus, ut abſolvi poſſint ab omnibus cenſuris, pœnis, & irregularitatibus; ita tamen quod ſi ad hujuſmodi ſententias, ſit propter debitum aſtrictus, ſatisfaciat: declaraturque quo modo ex privilegiis Apoſtolicis habet remiſſionem omnium peccatorum, & ab omnibus peccatis abſolvitur, & reponitur quaſi in innocentia baptiſmatis, ſi perſeveraverit, quia Religio eſt quaſi ſecundum baptiſmum. His præmiſſis, Novitius dicat* Confiteor Deo, &c. *& fiat abſolutio in forma ſequenti.*

Miſereatur tui, &c. (veſtri.) Indulgentiam, abſolutionem, &c.

Domi-

DOminus noſter Jeſus Chriſtus per ſuam piiſſimam miſericordiam, & per merita ſuæ Sacratiſſimæ Paſſionis te (vos) abſolvat, & gratiam ſuam tibi (vobis) infundat; & ego authoritate privilegiorum noſtro Sacro Ordini à Summis Pontificibus indultorũ abſolvo te (vos) primo ab omni ſententia majoris, vel minoris excommunicationis, ſi quam incurriſti, (is) & reſtituo te (vos) unitati fidelium, & ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, & omnibus actibus legitimis, & diſpenſo tecum (vobiſcum) in omni ſententia ſuſpenſionis, irregularitatis, & interdicti, ſi quas contraxiſti. (is) Item eadem authoritate abſolvo te (vos) ab omnibus peccatis tuis, (veſtris) & reſtituo te (vos) illi innocentiæ, in qua eras (eratis) quando baptizatus (i) fuiſti, (is) in quantum poſſum, & valeo in hoc foro, & in quantum ipſa authoritas ſe extendit, in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

*Deindè debet Prælatus benedicere habitum, & chordam, & ſtantibus Fratribus ante habitum, erectus debet ſic benedictiones facere.*

# BENEDICTIO HABITUS.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Domi-

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DOmine Jeſu Chriſte, qui exiſtens in forma Dei, formam ſervi accipere, ac in ſimilitudinem hominum fieri, & habitu inveniri ut homo pro noſtra ſalute dignatus es: te ſuppliciter exoramus, ut iſtum noſtræ Religionis habitum in Crucis modum pro tuæ Paſſionis memoriali depoſitum benedi ✠ cere digneris, ut famulus tuus N. Frater noſter, (famuli tui N. & N. Fratres noſtri,) qui pro principali ſui corporis tegumento ipſum induit, (unt) te per imitationem induat, (ant) ſaluberrimum, ad omnis perfectionis exemplum: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

## BENEDICTIO CHORDÆ.

DEus, qui ut ſervum abſolveres, Filium tuum funibus ligari voluiſti, bene ✠ dic quæſumus funem iſtum, ut famulus tuus Frater noſter N. (famuli tui Fratres noſtri N. & N.) qui eo, velut ligamine ſui corporis cingetur, (entur) vinculorum ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti memor (ores) exiſtat, (ant) & in Ordine, quem aſſumit, (unt) ſalubriter perſeveret, (rent) & tuis cum effectu ſemper obſequiis ſe alligatum (os) eſſe cognoſcat (ant) Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Poſteà habitus, & chorda aſpergantur aqua benedicta, &*

*dicatur ſuper Novitium ſequens Oratio.*

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DOmine Jeſu Chriſte, qui es via, ſine qua nemo vadit ad Patrem, quæſumus clementiam tuam, ut hunc (os) famulum (os) tuum (os) à carnalibus deſideriis abſtractum (os) per iter diſciplinæ regularis deducas; & qui peccatores vocare dignatus es, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: præſta, ut hæc vox invitationis tuæ, ita in eo (eis) convaleſcat, quatenus peccatorum onera deponens, (tes) & quàm dulcis es guſtans, (tes) tua refectione ſuſtentari mereatur: (antur) & ſicut atteſtari de tuis omnibus dignatus es, agnoſce eum (os) inter oves tuas, ut ipſe (ſi) agnoſcat; (ant) & alienum non ſequatur, (antur) ſed te: neque audiat (ant) vocem alienorum, ſed tuam, qui dicis, Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Statim deponantur omnia veſtimenta ſæcularia à Magiſtro, & duobus Sacerdotibus, & Prælatus dicat:*

EXuat te (vos) Dominus veterem hominem cum actibus ſuis: & induat te (vos) novum, qui ſecundum Deum creatus eſt.

*Et induendo eum habitu, dicat:*

DOmine Jeſu Chriſte, qui dixiſti, Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve: præſta quæſumus, ut

ſic

ſic illud deportare valeat (ant,) in perpetuum totaliter, ut poſſit (int) conſequi tuam gratiam in præſenti, & tuam gloriam in futuro. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Deindè ponatur ei caputium, dicendo:*

POne Domine caputium ſalutis in capite ejus, (in capitibus eorum,) ad expugnandas diabolicas fraudes. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Poſteà cingatur chorda à Prælato, dicente:*

PRæcingat te (vos) Dominus cingulo fidei, & virtute caſtitatis lumbos tui corporis (veſtrorum corporũ) exprimendo, extinguat in eis humorem libidinis; ut jugiter maneat in eis tenor totius caſtitatis. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Ultimò Novitius indutus genufle-ctat ante Prælatum; & ſtatim Magiſter Novitiorum legat litteras teſtimoniales, more ſolito; quo finito, Prælatus ei notificet quantam Indulgentiam adeptus ſit, & quantas Deo debeat gratias agere de ſua vocatione, recomendeturque Magiſtro, & tradatur in ejus cuſtodiam; & ſignificetur ei, qualiter per annum probationis ſæcularibus non loquatur, nec litteras mittat, aut recipiat.*

*His finitis, Cantores incipiant Hymnum.*



VE- ni Cre a- tor Spi- ri tus,



Mentes tu o rum vi- ſi ta, Im ple ſu per-



na gra ti a, Quæ tu cre- a- ſti pe- ctora.

Qui diceris Paraclitus,
Altiſſimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et ſpiritalis unctio.

Tu ſeptiformis munere,
Digitus Paternæ dexteræ,
Tu ritè promiſſum Patris,
Sermone ditans guttura.

Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis,
Virtute firmans perpeti.

Hoſtem repellas longius,
Pacemque dones protinus,
Ductore ſic te prævio
Vitemus omne noxium.

Per te ſciamus da Patrē,
Noſcamur atque Filium;
Teque utriuſque Spiritum
Credamus omni tempore.

Deo Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In ſæculorum ſæcula. Amē.

*Quo finito, Cantores dicant.*

℣. Confirma hoc Deus.
℟. Quod operatus es in nobis.

*Deindè Prælatus.*

℣. Poſt partum Virgo inviolata permanſiſti.
℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.
℣. Ora pro nobis Beate Pater Franciſce.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da famulo tuo N. (famulis tuis N. & N.) in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

Deus, qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fœtu novæ prolis amplificas: tribue nobis ex ejus imitatione terrena deſpicere, & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Chriſtum Dñm noſtrum, &c.

*Deindè Novitius accipiat benedictionem à Prælato; & Fratribus dabit pacem per amplexum, &c. Vide Cæremoniale Provinciæ.*

# ORDO, SIVE MODUS
## Recipiendi ad Profeſſionem.

*Guardianus ex vi officii, poteſt conferre facultatem cuilibet Fratri ad recipiendum Novitium ad Profeſſionem, & talis Profeſſio*

*feſſio eſt valida: ſic tenet Innocentius cap. Porrectum, extra de regulis, verb. Religio, §. 3. num. 6. Fr. Emmanuel Roderic. ſumm. tom. 2. cap. 8. conc. 13. &c. Sequitur ordo ad Profeſſionem.*

*In primis pulſetur campana Capituli, ut moris eſt, & conveniant omnes Fratres, etiam hoſpites, quibus congregatis, facto ſigno à Prælato, Novitius facturus Profeſſionem, genuflectat ante Prælatum, & ſuos defectus recognoſcat, obſecrans humiliter eum, & Fratres, ut in ſocietatem ipſorum velint ipſum recipere, hoc modo:*

Muito Reverendo Padre Guardiaõ, e mais Padres, e Irmãos, hum anno, e hum dia ha que eſtou neſta Sagrada Religiaõ; ella me provou a mim, e eu a provey a ella; eu nella achey muitas virtudes, e ſantidades, e ella em mim muitas faltas, e negligencias; pelo que peſſo a Voſſa Paternidade, e aos mais Padres, e Irmãos me queiraõ pelo amor de Deos admittir à ſua ſanta companhia, e fazer ſolemne Profiſſaõ.

*Prælatus intimet profeſſuro ſuos defectus ad emendationem, & ſpecificet ea, quæ debet promittere, cum aliqua ſpirituali collatione; quibus finitis, & habitu in Crucis modum cum cingulo poſitis, ſurgant Fratres, & Prælatus abſolutè incipiat benedictionem habitus, dicens.*

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Ore-*

*Oremus.*

DOmine Jeſu Chriſte, qui exiſtens in forma Dei, formam ſervi accipere, in ſimilitudinem hominum fieri, & habitu inveniri ut homo pro noſtra ſalute dignatus es: te ſuppliciter exoramus, ut iſtum noſtræ Religionis habitum in Crucis modum pro tuæ Paſſionis memoriali depoſitum, benedi ✠ cere digneris: ut famulus tuus N. Frater noſter, qui pro pœnitentiali ſui corporis tegumento ipſum induit, te per imitationem induat ſaluberrimum, ad omnis perfectionis exemplum: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Pro multis, Oremus.*

DOmine Jeſu Chriſte, qui exiſtens in forma Dei, formam ſervi accipere, in ſimilitudinem hominum fieri, & habitu inveniri ut homo pro noſtra ſalute dignatus es: te ſuppliciter exoramus, ut iſtos noſtræ Religionis habitus, in Crucis modum pro tuæ Paſſionis memoriali depoſitos, benedi ✠ cere digneris: ut famuli tui N. & N. Fratres noſtri, qui pro pœnitentiali ſuorum corporum tegumento ipſos induunt, te per imitationem induant ſaluberrimum, ad omnis perfectionis exemplum: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Deinde benedicat chordam, dicens.*

*Oremus.*

DEus, qui ut ſervũ abſolveres, Filium ligari funibus voluiſti, bene ✠ dic funem iſtum, ut famulus tuus N. Fra-

N. Frater noſter, qui eo, velut ligamine ſui corporis cingetur, vinculorum ejuſdem Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti memor exiſtat, ut in Ordine, quem aſſumit, ſalubriter perſeveret, & tuis cum effectu ſemper obſequiis ſe alligatum eſſe cognoſcat. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Pro multis, Oremus.*

DEus, qui ut ſervum abſolveres, Filium ligari funibus voluiſti, bene ✠ dic funes iſtos, ut famuli tui N. & N. Fratres noſtri, qui eis, velut ligamine ſuorum corporum cingentur, vinculorum ejuſdem Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti memores exiſtant, ut in Ordine, quem aſſumunt, ſalubriter perſeverent, & tuis cum effectu ſemper obſequiis ſe alligatos eſſe cognoſcant. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Habitus, & chorda aſperguntur aqua benedicta, & induendo habitum benedictum, Prælatus dicat:* Dñs vobiſcum, &c.

*Oremus.*

MAjeſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus, ut famulum tuum N. Fratrem noſtrum, cui de tua gratia præſumentes noſtræ Religionis veſtem imponimus, digneris inter diſcipulos tuos virtute ex alto induere, juſtitiæ lorica munire, & ſalutis protegere veſtimento, ut intercedente Beato Franciſco Confeſſore tuo ſub humilitatis veſte tibi perſeveranter deſerviens, ad ſtolam immortalitatis, & gloriæ mereatur pervenire: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Pro multis, Oremus.*

MAjeſtatem tuam, Domine, ſuppliciter exoramus, ut famulos tuos N. & N. Fratres noſtros, quibus de tua gratia præſumentes noſtræ Religionis veſtem imponimus, digneris inter diſcipulos tuos virtute ex alto induere, juſtitiæ lorica munire, & ſalutis protegere veſtimento, ut intercedente beato Franciſco Confeſſore tuo, ſub humilitatis veſte tibi perſeveranter deſervientes, ad ſtolam immortalitatis, & gloriæ mereantur pervenire: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Hìc cingatur chorda à Prælato dicente.*

*Oremus.*

DEus, qui beato Petro Apoſtolo tuo ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum, prædixiſti, per alium in ſenectute ipſum fore cingendum, famulum tuum Fratrem noſtrum N. quem cingulo noſtræ fraternitatis præcingimus, tua, quæſumus, charitate præcinge, tui nominis metu conſtringe, & ſalutari chorda cor ejus regulari alliga diſciplina, ut tua ei opitulante gratia, ſolutus, & liberatus à mundo, tuoque vinctus ſervitio, in Ordinis, quem aſſumit, obſervantia, uſque in finem jugiter perſeveret: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Pro multis, Oremus.*

DEus, qui beato Petro Apoſtolo tuo ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum, prædixiſti per alium in ſenectute ipſum fore cingendum, famulos tuos

Fratres noſtros N. & N. quos cingulo noſtræ fraternitatis præcingimus, tua, quæſumus, charitate præcinge, tui nominis metu conſtringe, & ſalutari chorda cor eorum regulari alliga diſciplina, ut tua eis opitulante gratia, ſoluti, & liberati à mundo, tuoque vincti ſervitio, in Ordinis, quem aſſumunt, obſervantia, uſque in finem jugiter perſeverent: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Super inductum, & præcinctum.*

*Oremus.*

DEus, qui mira Crucis myſteria in tuo devotiſſimo Confeſſore beato Franciſco multiformiter demõſtraſti, da famulo tuo N. Fratri noſtro ipſius ſemper exẽpla ſectari, & aſſidua ejuſdem Crucis meditatione muniri. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Pro multis, Oremus.*

DEus, qui mira Crucis myſteria in tuo devotiſſimo Confeſſore beato Franciſco multiformiter demõſtraſti, da famulis tuis N. & N. Fratribus noſtris ipſius ſemper exempla ſectari, & aſſidua ejuſdem Crucis meditatione muniri. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Poſteà Prælatus ſedens, faciat interrogationes ſequentes Novitio, qui reſpondet, ut mos eſt.*

1. Se quer profeſſar para Frade do Coro, ou para Leigo; e ſendo do Coro, ſe ſabe rezar o Officio Divino.
2. Se tem renunciado todos os bens havidos, e por haver, e qualquer direito, ou privilegio, que a elles tenha.

3. Se

3. Se tem feito algum voto na ſua vida para ſe lhe comutar no da Religiaõ.
4. Se quer mudar o nome, ou ficar com aquelle meſmo que tem, declarando como ſe ha de chamar.
5. Se eſtà com animo, e vontade de jurar em como ha de defender a Conceiçaõ de Maria Santiſſima até dar a propria vida.

*Deindè fiat ei proteſtatio in ſcriptis, quod ſi aliquo tempore conſtet ipſos infra quartum gradum deſcendere, aut originem trahere ab hæreticis, quorum corpora, vel ſtatua combuſta ſunt, profeſſio, quam vult emittere, caſſa eſt, irrita, & nulla, & ſimiliter ſi morbo Gallico, Lepra, vel alia infirmitate contagioſa laborare reperiatur, quando habitum ſuſcepit, profeſſio erit nulla. Poſtea ante profeſſionem præſtet Novitius juramentum in manibus Prælati coram Communitate promittens tenere tueri, & defendere aſſertionem, qua confitemur Beatam Virginem Mariam Dei Matrem fuiſſe conceptam ſine peccato originali, & ab illo præſervatam meritis Chriſti Jeſu, ejus Filii, hoc modo:*

Prometto, e juro por eſtes Santos Euangelhos de defender (até dar a propria vida) a Concluſaõ, em que confeſſamos, que a Virgem Maria noſſa Senhora foy cõcebida ſem peccado orginal, e preſervada delle pelos merecimentos de noſſo Senhor Jeſu Chriſto, ſeu Santiſſimo Filho.

*Vota facienda Deo inter manus Prælati alta voce.*

EGo Frater N. voveo, & promitto Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini, & Beato Franciſco, & omnibus Sanctis, & tibi Pater, toto tempore vitæ meæ ſer-

vare Regulam Fratrum Minorum, confirmatam per Dominum Papam Honorium, vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.

*Reſpondeat Prælatus.*

SI tu hæc ſervaveris, ego promitto tibi vitam æternam, in nomine Pa ✠ tris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

*Laicis dicatur in Luſitano ſermone.*

EU Frey N. faço voto, e prometto a Deos, e à Bemaventurada ſempre Virgem Maria, e ao Bemaventurado Saõ Franciſco, e a todos os Santos, e a vòs Padre, de guardar todo o tempo de minha vida a Regra dos Frades Menores, confirmada pelo Senhor Papa Honorio, vivendo em obediencia, ſem proprio, e em caſtidade.

*Reſponda o Prelado.*

SE tu eſtas couſas guardares, eu te prometto a vida eterna, em nome do Padre, ✠ e do Filho, e do Eſpirito Santo. Amen.

*Statim duo Cantores, in medio eum tenentes, incipiant Hym.* Veni Creator Spiritus, *ut ſuprà fol.* 177. *Quo finito, Cantores dicant:*

℣. Confirma hoc Deus.

℟. Quod operatus es in nobis.

*Deindè Prælatus.*

℣. Poſt partum Virgo inviolata permanſiſti.

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.

℣. Ora pro nobis Beate Pater Franciſce.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Sal-

℣. Salvum (os) fac ſervum (os) tuum (os) Domine.

℟. Deus meus ſperantem (tes) in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti:da famulo tuo N.(famulis tuis N.& N.) in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

Deus, qui Eccleſiam tuam Beati Franciſci meritis fœtu novæ prolis amplificas: tribue nobis ex ejus imitatione terrena deſpicere, & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere.

Deus, qui nos à ſæculi vanitate converſos, ad bravium ſupernæ vocationis accendis, pectoribus noſtris purificandis illabere, & gratiam nobis, qua in te perſeveremus, infunde, ut protectionis tuæ muniti præſidiis, quod, te donante, promiſimus, impleamus, & noſtræ profeſſionis ſectatores effecti, ad ea, quæ perſeverantibus in te promittere dignatus es, pertingamus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, &c.

*Deindè*

*Deindè declaret Prælatus Indulgentias, quas lucratus eſt, qui promiſit, & recommendet eum devotè omnibus Fratribus: quibus finitis, oſculetur manus Prælati, & ſalutet omnes Fratres per amplexum, &c.*

# FORMA PARA DAR O Habito às Noviças da Glorioſa Madre Santa Clara.

*Diſpoſto tudo como ſe ordena no Ceremonial da Provincia, e congregada a Communidade das Religioſas na fórma coſtumada, ſe benzerà o Habito, e Cordaõ, cantando-ſe em tom ferial as ſeguintes Orações.*

*Bençaõ do Habito para huma.*

℣. Adjutorium noſtrum, &c.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DEus, Pater omnipotens, qui per legiferum Moyſen famulum tuum Miniſtris Eccleſiæ ſub typo paſſionis priſcæ legis præcepta dediſti: hanc laneam veſtem, quam Sanctus Franciſcus Miniſter Eccleſiæ divino amore ferre conſuevit: ſancti ✠ ficare, atque benedi ✠ cere, & conſe ✠ crare tuo proprio ore digneris: ut hæc ancilla tua, quæ eam cupit induere, exuta ab omni ſorde vitio:

vitiorum, cum indumento ſanctarum virtutum ea induatur, quatenus ab omni perturbatione callidi inſidiatoris deinceps protecta, in Eccleſia tua ſancta de die in diem renovetur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Para muitas, Oremus.*

DEus Pater omnipotens, qui per legiferum Moyſen famulum tuum Miniſtris Eccleſiæ ſub typo paſſionis, priſcæ legis præcepta dediſti: has laneas veſtes, quas Sanctus Franciſcus Miniſter Eccleſiæ divino amore ferre conſuevit: ſancti ✠ ficare, atque benedi ✠ cere, & conſe ✠ crare tuo proprio ore digneris: ut hæ ancillæ tuæ, quæ eas cupiunt induere, exutæ ab omni ſorde vitiorum, cum indumento ſanctarum virtutum eis induantur, quatenus ab omni perturbatione callidi inſidiatoris deinceps protectæ, in Eccleſia tua ſancta de die in diem renoventur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Bençaõ do Cordaõ para huma.*

DEus, qui ut ſervum abſolveres, Filium ligari funibus voluiſti, bene ✠ dic quæſumus funem iſtum, ut famula tua Soror noſtra, quæ eo, velut ligamine ſui corporis, cingetur, vinculorum ejuſdem Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti memor exiſtat, ut in Ordine, quem aſſumit, ſalubriter perſeveret, & tuis cum effectu ſemper obſequiis ſe alligatam eſſe cognoſcat. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Para*

*Para muitas, Oremus.*

DEus, qui ut ſervum abſolveres, Filium ligari funibus voluiſti, bene ✠ dic quæſumus funes iſtos, ut famulæ tuæ Sorores noſtræ, quæ eis, velut ligamine corporum ſuorum cingentur, vinculorum ejuſdem Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti memores exiſtant, ut in Ordine, quem aſſumunt, ſalubriter perſeverent, & tuis cum effectu ſemper obſequiis ſe alligatas eſſe cognoſcant. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Acabadas eſtas Orações, chegarà a Noviça ao Presbyterio do Altar, e pondo-ſe de joelhos para o lado da Epiſtola, dirà o Sacerdo, cantando os ſeguintes verſos, e Oraçaõ.*

℣. Salvam fac ancillam tuam Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DEus, qui per coæternum Filium tuum cuncta creaſti: quique mundum peccatis inveteratum, per myſterium ſacτæ Incarnationis ejus renovare dignatus es: te

te ſuppliciter exoramus, ut ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti gratiam, ſuper hanc famulam tuam, abrenuntiationem ſæculi profitentem, clementer infundere digneris: per quam in ſpiritu ſuæ mentis renovata, veterem hominem cum ſuis actibus exuat, & novum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induere mereatur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Para muitas.*

℣. Salvas fac ancillas tuas Domine.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Mitte eis Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eas.
℣. Eſto eis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟ Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DEus, qui per coæternum Filium tuum cuncta creaſti: quique mundum peccatis inveteratum, per myſterium ſanctæ Incarnationis ejus, renovare dignatus es: te ſuppliciter exoramus, ut ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti gratiam, ſuper has famulas tuas, abrenuntiationem ſæculi profitentes, clementer infundere digne-

ris: per quam in ſpiritu ſuarum mentium renovatæ, veterem hominem cum ſuis actibus exuant, & novum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induere mereantur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Concluida eſta Oraçaõ, benzerà o Sacerdote a Noviça, Habito, e Cordaõ com agua benta, e logo immediatamente hiraõ as Religioſas, e tambem a Noviça para a porta reglar com a ordem, que ſe preſcreve no Ceremonial da Provincia, onde tendo chegado todos, farà o Sacerdote as ſeguintes perguntas à Noviça.*

1. Com que intençaõ vem à Religiam.
2. Se he fiel Catholica, e ſem ſuſpeita de algum erro na Fè.
3. Se tem dado palavra de matrimonio a alguma peſſoa.
4. Se he ſan em o corpo.
5. Se tem dividas, ou contas, que dar.
6. Se quer verdadeiramente ſervir a Jeſu Chriſto, e ſó por ſeu amor renunciar o mundo.
7. Se eſtà prompta, e aparelhada para ſofrer os trabalhos, e aſperezas da Religiaõ.

*Feitas eſtas perguntas, e naõ havendo impedimento algum, entrarà a Noviça para dentro da Clauſura na fórma coſtumada, e logo conſecutivamente a levaràõ em Prociſſaõ para o Coro, cantando as Religioſas a ſeguinte Aña, e Pſalmo, &c.*



V E- ni ſpon ſa Chri- ſti, acci pe co-

ronam,




*Pſalmus* 118.

BEati immaculati in via:* qui ambulant in lege Domini.

Beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus: * in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem, * in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandaſti * mandata tua cuſtodiri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ,* ad cuſtodiendas juſtificationes tuas.

Tunc non confundar,* cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis:* in eo, quod didici judicia juſtitiæ tuæ.

Juſtificationes tuas cuſtodiam: * non me derelinquas uſquequaquè.

In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam?* in cuſtodiendo ſermones tuos.

In toto corde meo exquiſivi te:* ne repellas me à mandatis tuis.

In corde meo abſcondi eloquia tua,* ut non peccem tibi.

Benedictus es Domine:* doce me juſtificationes tuas.

In labiis meis,* pronuntiavi omnia judicia oris tui.

In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum,* ſicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor:* & conſiderabo vias tuas.

In juſtificationibus tuis meditabor:* non obliviſcar ſermones tuos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

*Sendo mais de huma, ſe dirà a ſeguinte Antiphona.*



P*ſalmus* Beati immaculati in via, *ut ſuprà*; &c. *e ſe for Viuva, ſe dirà a Antiphona ſeguinte.*



VEni e lecta me- a, & ponam



in te thronum meum. Sæculorum. Amen.

*Pſalmus.*

BEati qui habitant in domo tua Domine: * in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te: * aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in loco, quem poſuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: * auribus percipe Deus Jacob.

Protector noſter aſpice Deus: * & reſpice in faciem Chriſti tui.

Quia melior eſt dies una in atriis tuis: * ſuper millia.

Elegi abjectus eſſe in modo Dei mei: * magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia miſericordiam, & veritatem diligit Deus: * gratiam, & gloriam dabit Dominus..

Non

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia:* Domine virtutum, beatus homo, qui ſperat in te.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

*Tendo jà a eſte tempo chegado os Miniſtros ſagrados à Igreja, e a Communidade das Religioſas poſta em duas ordens no Coro, como he coſtume ſe tornarà a repetir a Aña: e logo ſerà a Noviça desſnudada das galas, que traz, cortandoſe-lhe immediatamente os cabellos, como ſe adverte no Ceremonial da Provincia, e depois, veſtindoſe-lhe o Habito, dirà a Prelada as Oraçoens ſeguintes.*

EXuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis, & induat te novum, qui ſecundùm Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis. ℣. Domine exaudi orationem meam, &c.

*Oremus.*

MAjeſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus: ut famulam tuam Sororem noſtram, cui de tua gratia præſumentes, noſtræ Religionis veſtẽ imponimus: digneris inter diſcipulos tuos virtute ex alto induere, juſtitiæ lorica munire, & ſalutis protegere veſtimento; ut intercedente Beata Clara Virgine tua (*vel* Beata Eliſabeth) ſub humilitatis veſte tibi perſeveranter deſerviens, ad ſtolam immortalitatis, & gloriæ mereatur pervenire: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Concluida eſta Oraçaõ, cingirà a Prelada o Cordaõ à Noviça, dizendo:* ℣. Domine exaudi orationem meam, &c.

*Oremus.*

*Oremus.*

DEus, qui Beato Petro Apoſtolo tuo ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum, prædixiſti, per alium in ſenectute ipſum fore cingendum: famulam tuam Sororé noſtram, quam cingulo noſtræ fraternitatis præcingimus, tua quæſumus charitate præcinge, tui nominis metu conſtringe, & chorda ſalutari, cor ejus regulari alliga diſciplina, ut tua ei opitulante gratia, ſoluta, & liberata à mundo, tuoque vincta ſervitio, in Ordinis, quem aſſumit, obſervantia, uſque in finem jugiter perſeveret: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Para muitas.*

EXuat vos Dominus veterem hominem cum actibus ſuis, & induat vos novum, qui ſecundùm Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis. ℣. Domine exaudi orationem meam, &c.

*Oremus.*

MAjeſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus, ut famulas tuas Sorores noſtras, quibus de tua gratia præſumentes, noſtræ Religionis veſtem imponimus, digneris inter diſcipulos tuos virtute ex alto induere, juſtitiæ lorica munire, & ſalutis protegere veſtimento, ut intercedente Beata Clara Virgine tua (*vel* Beata Eliſabeth) ſub humilitatis veſte tibi perſeveranter deſervientes, ad ſtolam immortalitatis, & gloriæ mereantur pervenire: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Logo cingindolhes o Cordaõ, hirá dizendo:* ℣. Domine exaudi orationem meam, &c.

*Oremus.*

DEus, qui beato Petro Apoſtolo tuo ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum, prædixiſti, per alium in ſenectute ipſum fore cingendum, famulas tuas Sorores noſtras, quas cingulo noſtræ fraternitatis præcingimus, tua quæſumus charitate præcinge, tui nominis metu conſtringe, & chorda ſalutari, corda earum regulari alliga diſciplina, ut tua eis opitulante gratia, ſolutæ, & liberatæ à mundo, tuoque vinctæ ſervitio, in Ordinis, quem aſſumunt, obſervantia, uſque in finem jugiter perſeverent: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Finalizadas eſtas Orações, virà a Noviça porſe de joelhos diante do Sacerdote; e no meſmo interim principiaràõ as Canteras o Hymno* Veni Creator Spiritus, &c. *a folhas* 177. *em o fim do qual dirà o Sacerdote os ſeguintes verſos, e Orações.*

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Poſt partum Virgo inviolata permanſiſti.
℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.
℣. Signaſti Domine ſervum tuum Franciſcum.
℟. Signis redemptionis noſtræ.
℣. Ora pro nobis beata Mater Clara, (*vel* beata Eliſabeth.)
℟. Ut dignæ efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Læta-

℣. Lætamini in Domino, & exultate juſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

Deus, qui Eccleſiam tuam Beati Franciſci meritis fœtu novæ prolis amplificas: tribue nobis ex ejus imitatione terrena deſpicere, & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere.

Famulos tuos, quæſumus Domine, Beatæ Virginis tuæ Claræ votivam memoriam recenſentes, cœleſtium gaudiorum ſua facias interventione participes, & tui Unigeniti cohæredes.

*Se a Noviça for de S. Iſabel, ſe dirá a ſeguinte Oraçaõ, deixando-ſe a de Santa Clara.*

TUorum corda fidelium Deus miſerator illuſtra, & Beatæ Eliſabeth precibus glorioſis, fac nos proſpera mundi deſpicere, & cœleſti ſemper conſolatione gaudere.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita ſub una tribuiſti celebritate venerari: quæſumus, ut deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c. ℣. Dominus vobiſcum. ℣. Benedicamus Domino, &c.

# FORMA, E MODO

## Para dar a Profiſſaõ ás Noviças da glorioſa Madre Santa Clara, e de Santa Iſabel.

*Chegado o dia da Profiſſaõ da Noviça, ſe preparará o Altar môr com todo o aceyo, e perfeiçaõ, obſervando ſe em tudo o que diſpoem o Ceremonial da Provincia, e ſobre o Altar para o lado da Epiſtola, em quanto ſe diz a Miſſa, ſe porà em hum prato de prata o Vèo, e huma Coroa, ou Capella de varias flores, ſem mais couſa alguma: finalizada a Miſſa, ſe darà a Communhaõ á Noviça na fórma ſeguinte.* ℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini, &c.

*Depois dirà o Coro* Confiteor Deo, &c. *e logo o Sacerdote* Miſereatur tui, Indulgentiam, &c. *e tendo dado a Communhaõ, lançarà a bençaõ à Noviça com as ſeguintes palavras.*

Authoritate Summorum Pontificum tibi conceſſa, & mihi commiſſa benedico te, & benedicendo concedo tibi Indulgentiam plenariam, in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

*Feito iſto, ſe levantarà a Communidade, ficando a Noviça de joelhos*

*joelhos ſobre huma alcatifa defronte do Commungatorio, e logo conſecutivamente principiarà o Celebrante a benzer o Habito, e Cordaõ com as meſmas Orações (cantadas) que ſe preſcrevem para a bençaõ do Habito do Noviciado ſem differença alguma, lançando tres ductos de agua benta no fim ſobre o Habito, Cordaõ, e a Noviça.*

Eu N. juro neſtes Santos Euangelhos de defender, que a Virgem Maria N. Senhora foy concebida no primeiro inſtante de ſeu ſer em graça ſem peccado original, preſervada pelos merecimentos de Jeſu Chriſto ſeu Filho: e por defender eſta verdade darey a vida, e o ſangue todas as vezes que for neceſſario, em quanto pela Igreja ſe naõ declarar o contrario.

*Logo farà o Commiſſario huma breve pratica, exortando ao Profeſſante à nova vida que deve ter daquelle dia em diante, como tambem ás graças, e Indulgencias de que ſe acha enriquecido para melhor, e mais perfeitamente ſervir a Deos naquella ſanta Orrdem; o que tudo concluido, ſe dirá conſecutivamente o Hymno* Veni Creator Spiritus, *com todos os verſos, e Orações, que ſe apontaõ para a recepçaõ do Habito, a folhas 227. &c.*

BEN-

# BENC,AM PARA O HABITO

## Dos meninos, ou Bẽtinhos das mulheres, ou Eſcapulario, ou outra qualquer veſtidura por cauſa de devoção.

℣. Adjutorium noſtrum, &c.
Dominus vobiſcum.

*Oremus.*

DEus, qui veſtimentum ſingulare, ad indumentum æternæ jucunditatis tuis fidelibus promiſiſti, clementiam tuam ſuppliciter exoramus: ut hoc indumentum humilitatem cordis, & mundi contemptum ſignificans, quo famulus (a) tuus (a) in ſancto, ac firmo propoſito veſtiri deſiderat, propitius bene ✠ dicas, & caſtitatis habitum, quem te inſpirante ſuſcipit, te protegente cuſtodiat: ut quem (am) ſacræ Religionis veſte induis temporaliter, beata facias immortalitate veſtiri. Per Chriſtũ Dominum noſtrum, &c.

*Logo ſe lançarà agua benta em modo de Cruz, aſſim no Habito, como em quem o recebe; em quanto ſe lhe vay veſtindo ſe dirão as ſeguintes palavras:*

IMmittat in te Dominus ſanctum Religionis amorem, ſanctoque fervore ſuccendaris, & ardeas cœleſtium bonorum deſiderio.

Depois

*Depois do Habito veſtido ſe dirà a ſeguinte Oraçaõ.*

*Oremus.*

DOmine Jeſu Chriſte, qui pro noſtra ſalute ſuſcipiens humanam naturam, te veſtiméto carnis induere dignatus es, benedictione ſancta tua bene ✠ dic iſtum famulum (am) tuum (am) qui (æ) cum omni devotione, ac veneratione Beati Franciſci hoc indumentum ſuper ſe ſuſcepit: infunde in eum (am) quæſumus tuam ſanctam benedi ✠ ctionem, ut intercedente Beatiſſimo Franciſco, deſcendat ſuper eum (am) gratia tua, quæ protegat eum (am) ab omni malo mentis, & corporis: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

*Particular bençaõ do Cordaõ de N. P. S. Franciſco, quando ſe toma por devoçaõ ſem voto, e tambem ſerve para a Correa, mudando o nome.*

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini, &c.
Dominus vobiſcum.

*Oremus.*

OMnipotens ſempiterne Deus, qui pietatis miſericordia, peccatoribus quærentibus veniam, & miſericordiam tribuiſti: oramus immenſam clementiam tuam, ut hanc chordam (*vel* corrigiam) benedi ✠ cere, & ſanctificare digneris, ut quicumque (quæcumque pro peccatis ſuis cincti (cinctæ) fuerint, & miſericordiam tuam imploraverint, veniam, & indulgentiam tuæ ſanctæ miſericordiæ conſequantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Dita*

*Dita eſta Oração, ſe lançarà agua benta no Cordaõ na fórma coſtumada, e ao tempo que ſe for cingindo, ſe diraõ as ſeguintes palavras.*

ACcipe chordam (*vel* corrigiam) ſuper lumbos tuos, ut ſint lumbi tui præcincti in ſignum caſtitatis, & temperantiæ. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

*Oremus.*

DOmine Jeſu Chriſte, lux vera de vero lumine, quæſumus clementiam tuam, ut per interceſſionem Beatiſſimi Franciſci Cõfeſſoris tui, mentem, & cor hujus famuli (æ) tui (æ) illumines, ut tibi caſto corpore famuletur, & corde mundiſſimo jugiter placeat: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

## BENÇAM DA CADEA
## Para os Eſcravos da Virgem Sãtiſſima.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum, &c.

*Oremus.*

*Oremus.*

OMnipotens ſempiterne Deus, qui vincula peccatorum noſtrorum dirumpis, ut libertate filiorum gaudere valeamus, & qui ad vincula ſalutis hominem advocas, dicens: Injice pedem tuum in compedes illius, & collum tuum in torques illius, & ne accidieris vinculis ejus: hoc vinculum, quod in ſignum perpetuæ ſervitutis ad honorem Beatæ Mariæ Virginis ſervus (ancilla) ejus (*vel* ſervi ejus) deferre intendit benedi ✠ cere, & ſancti ✠ ficare digneris, & concede ei (eis) ſic devotè illud gerere, ut vivendo candore caſtitatis illuſtretur, ac moriendo à vinculis peccatorum abſolutus (a) *vel* abſoluti) interceſſione ejuſdem Sanctiſſimæ Matris Mariæ, tecum, & cum illa in Regno gloriæ congaudere valeat ſine fine: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

# MODO, E FORMA
## Para ſe fazer a Eleiçaõ de Miniſtro, e dos mais Officiaes da Meſa da Terceira Ordem.

*Chegando ó dia da Eleiçaõ, ſe cantará a Miſſa do Eſpirito S. ſolemnemente, e tanto que ſe tiver acabado, ſe ajuntaráõ todos os votantes em a Caſa do Deſpacho, onde poſtos de joelhos, invocaráõ a graça do Eſpirito Santo com o Hymno* Veni Creator Spiritus, &c. *a folhas* 177. *no fim do qual ſe diráõ os ſeguintes verſos, e Orações.*

℣. Emitte

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terræ.

℣. Poſt partum Virgo inviolata permanſiſti.

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.

℣. Ora pro nobis beate Pater Franciſce.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

*Oremus.*

DEus, qui corda Fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æternæ perfrui lætitia.

Deus, qui Eccleſiam tuam Beati Franciſci meritis fœtu novæ prolis amplificas: tribue nobis, ex ejus imitatione terrena deſpicere, & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Logo ſe procederà á Eleicaõ como ſe determina no Ceremonial da Provincia, e eſtando eleito o Miniſtro, ſe poràõ todos de joelhos, principiando ao meſmo tempo o Commiſſario o Hymno* Te Deum laudamus *rezado, no fim do qual ſe dirà a Aña* Salve Sancte Pater, &c. *com a ſobredita Oraçaõ de N. P. S. Franciſco, ajuntando a ella a Oraçaõ de Santa Iſabel Rainha de Hungria, a folhas* 199. *Depois ſe continuarà cõ a Eleiçaõ do Vice-miniſtro, e de todos os mais Officiaes da Meſa ſegundo o coſtume, e Ceremonial, &c.*

*Em o dia apontado para a publicaçaõ da Eleiçaõ, eſtando a Meſa, e todos os mais Irmãos da Ordem juntos em o lugar deputado para iſſo, cantarà o Coro o Hymno* Veni Creator Spiritus, &c. *dizendo no fim o Commiſſario os ſobreditos verſos, e Oraçoens, e logo conſecutivamente farà hũa Pratica breve, como he coſtume nas Eleiçoens, a qual acabada, virà o Miniſtro que acaba à culpa, e todos os mais Irmãos da Meſa, os quaes ſeraõ louvados, ou admoeſtados caritativamente, ſe a caſo tiverem tido alguns deſcuidos nas ſuas obrigaçoens; o que tendo ſe concluido, ſe levantarà o Secretario, e em alta voz publicarà a Eleiçaõ na fórma ſeguinte.*

EM nome de Deos Omnipotente, Padre, Filho, e Eſpirito Santo, tres Peſſoas diſtintas, e hum ſò Deos verdadeiro, e da Puriſſima Virgem N. Senhora concebida ſem peccado Original, e de N. S. P. S. Franciſco: eſta he a Eleiçaõ, que neſte Convento de S. Franciſco (ou Igreja de N.) ſe fez em tantos de tal mez do anno de 17 &c. pelo M. R. P. N. Guardiaõ delle, (ou Commiſſario Viſitador deſta Veneravel Ordem Terceira) e pelo Senhor N. Miniſtro, e por todos os mais Diſcretos, e Officiaes da Meſa, que foraõ eſte anno, em a qual he eleito em Miniſtro o Senhor N. em Vice-miniſtro N. em Diſcretos Eccleſiaſticos os RR. PP. NN. em Diſcretos ſeculares NN. em Secretario N. em Sindico N. em Vigario do culto Divino N. &c. *E finalmente aſſim ſe hirà continuando atè o fim do ultimo officio ſegundo o eſtylo, que ſe obſervar em o tal Convento, ou terra.*

*Publicada a Eleiçaõ neſta fórma, darà logo o Secretario*

*contas*

*contas por mayor, de tudo quanto ſe gaſtou, e quanto rendeo à Ordem aquelle anno, e finalmente de tudo o mais que he coſtume, e diſpoem o Ceremonial da Provincia, depois do qual entregarà o Commiſſario o Sello, e Regra ao novo Miniſtro, confirmando-o em o ſeu officio, e juntamente encomendando-lhe muito o zelo, que deve ter no exercicio deſte cargo para comprir com a ſua obrigaçaõ; e eſta meſma exhortaçaõ farà aos Diſcretos, e mais Officiaes da Meſa, confirmando-os tambem nos ſeus officios na fórma coſtumada, &c. Depois ſe farà Prociſſaõ pelos Clauſtros do Convento, cantando ſe o Hymno* Te Deum laudamus, *com a Aña* Conceptio tua, &c. *em o fim da qual ſe diràõ os ſeguintes verſos, e Orações.*

℣. Confirma hoc Deus, &c.
℣. In Conceptione tua Virgo immaculata fuiſti, &c.
℣. Signaſti Domine ſervum tuum Franciſcum, &c.
℣. Domine exaudi orationem meam, &c.
℣. Dominus vobiſcum, &c.

*Oremus.*

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparaſti: quæſumus, ut qui ex morte ejuſdem Filii tui præviſa, eam ab omni labe præſervaſti, nos quoque mundos ejus interceſſione ad te pervenire concedas.

Deus, qui mira Crucis myſteria in Beato Franciſco

Confeſſore tuo multiformiter demonſtraſti: da nobis quæſumus, devotionis ſuæ ſemper exempla ſectari, & aſſidua ejuſdem Crucis meditatione muniri.

Agimus tibi gratias omnipotens Deus, pro univerſis beneficiis tuis: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

*Finalizadas eſtas Orações, cantarà o Coro hum Reſponſo por todos os Irmãos defuntos, dizendo o Commiſſario todos os verſos coſtumados com as ſeguintes Orações.*

*Oremus.*

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, Beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

Fidelium Deus omnium conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, &c.

℣. Requiem æternam dona eis Domine, &c.

# MODO, E FORMA
## Para a Eleiçaõ de Abbadeſſa da Ordem Serafica.

*Chegado o dia da Eleiçaõ, e eſtando tudo diſpoſto em ordem, como ſe preſcreve no Ceremonial da Provincia, diràõ as Religioſas a Confiſſaõ geral, e logo o Prelado, ou Preſidente da tal Eleiçaõ as abſolverà na fórma ſeguinte.*

Miſereatur veſtri, &c. Indulgentiam, &c.

DOminus noſter Jeſus Chriſtus vos abſolvat, & ego authoritate ipſius, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, mihi in hac parte commiſſa, & vobis conceſſa, abſolvo vos ab omni vinculo excommunicationis, ſi quam incurriſtis, & reſtituo vos unioni, & participationi fidelium, nec non Sanctis Sacramentis Eccleſiæ, diſpenſando vobiſcum in omni ſententia ſuſpenſionis, & interdicti, ſi qua innodatæ eſtis, & ad effectum electionis canonicè, ac ritè nunc per vos celebrandæ, quatenus opus ſit, & indigetis, vos habilito. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti, &c.

*Dada eſta Abſolviçaõ, diraõ as Religioſas o Hymno* Veni Creator Spiritus, &c. *no fim do qual dirà o Preſidente os ſeguintes verſos, e Oraçaõ.*

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

℣. Deus

℣. Deus virtutum convertere.
℟. Reſpice de cœlo, & viſita vineam iſtam.
℣. Memento Congregationis tuæ.
℟. Quam poſſediſti ab initio.
℣. Ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarũ.
℟. Sed citò anticipent nos miſericordiæ tuæ.
℣. Elige David ſervum tuum.
℟. Paſcere Jacob, & Iſrael hæreditatem tuam.
℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum, &c.

*Oremus.*

DOmine, qui corda noſti omnium, cui omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum, oſtende nobis, quam elegeris, accipere locum miniſterii hujus, in quo pio in nos ſtudio ſemper tibi placita, familiam tuam virtutibus inſtruat, & fidelium mentes ſpiritualium aromatum odore perfundat. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Logo ſe procederà à Eleiçaõ na fórma da ley, e Ceremonial, e eſtando feita, ſe fará a publicaçaõ pelo Secretario do modo ſeguinte.*

EM nome do Padre, e do Filho, e do Eſpirito Santo. Amen. Eſta he a Eleiçaõ de Abbadeſſa deſte Moſteiro de N. canonicamente eleita aos tantos dias do

mez

mez de N. do anno de 17 &c. preſidindo nella o M. R. P. Fr. N. ſendo teſtemunhas, e eſcrutadores os RR. PP. Fr. N. e Fr. N. e Secretario eu Fr. N. em a qual Eleiçaõ votaraõ tantas Religioſas, das quaes levou a Madre N. tantos votos.

*Advertindo-ſe aqui, que ſempre ſe hade principiar por aquellas Religioſas, que levaraõ menos votos, para ſe acabar ultimamente na eleita. E logo benzendo-ſe outra vez, hirà continuando da meſma ſorte o ſeguinte.*

EM nome do Padre, e do Filho, e do Eſpirito Santo Amen. Eu Fr. N. Secretario da Provincia, ou deſta Eleiçaõ, em nome de todas as Religioſas, que nella votaraõ, nomeyo, e declaro por eleita em Abbadeſſa, e Prelada deſte Moſteiro de N. a R. Madre Soror N. com tantos votos, com os quaes fica canonicamente eleita, por ſer a mayor parte dos electivos; e aſſim o notifico, e publico a toda eſta Santa Communidade; em fè do qual nos aſſignamos em o meſmo dia, mez, e anno, *ut ſuprà.*

*Feita neſta fórma a publicaçaõ, logo immediatamente as Religioſas levantaràõ o Hymno* Te Deum laudamus, &c. *levãdo a eleita Prelada em Prociſſaõ, ſegundo o coſtume do tal Moſteiro, e tornando outra vez para o Coro, ſe porá de joelhos diante do Preſidente, o qual antes que a confirme, dirà os ſeguintes verſos, e Orações.*

℣. Benedicamus Patré, & Filium, cũ ſancto Spiritu.
℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.
℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℟. A templo ſancto tuo, quod eſt in Jeruſalem.

℣. Fiat

℣. Fiat manus tua ſuper ancillam dexteræ tuæ.
℟. Et ſuper filiam hominis, quam confirmaſti tibi.
℣. In Conceptione tua Virgo immaculata fuiſti.
℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperiſti.
℣. Signaſti Domine ſervum tuum Franciſcum.
℟. Signis redemptionis noſtræ.
℣. Ora pro nobis Beata Mater Clara.(*vel* Eliſabeth.)
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum, &c.

*Oremus.*

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulæ tuæ Abbatiſſæ noſtræ, & dirige eam ſecundùm tuam clementiam in viam ſalutis æternæ, ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparaſti: quæſumus, ut qui ex morte ejuſdem Filii tui præviſa, eam ab omni labe præſervaſti, nos quoque mundos ejus interceſſione, ad te pervenire concedas.

Deus, qui Eccleſiam tuam Beati Franciſci, &c.

Famulos tuos quæſumus Domine, &c. *vel* Tuorum corda fidelium, &c. *a folhas* 199.

ACtiones, & electiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio, electio, & operatio à te ſemper incipiat,

cipiat, & per te cœpta finiatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Concluidas eſtas Orações, farà o Preſidente huma Pratica exhortatoria à nova Prelada, entregando lhe a Regra, e Sello do ſeu officio, e confirmando-a, como he eſtylo nas mais eleições, &c.*

# MODUS PROCEDENDI
## In Electione Miniſtri Provincialis.

*Finita Miſſa de Spiritu ſancto, ſtatim cantatur in Choro Hymnus* Veni Creator Spiritus, &c. *Poſteà Cantores dicant* ℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, &c. *& Prælatus dicat tantummodò ſequentem Orationem.*

*Oremus.*

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Deindè congregatis in domo Capitulari omnibus Electoribus, cum reliquis, ut in Cæremoniali Provinciæ aſſignatur, dicant Confeſſionem generalem in terra procidentes, & Præſidens Capituli dicat eandemmet abſolutionem in Electione Abbatiſſæ præſcriptam, ſolummodo augendo verbum* irregularitatis *ante* ſuſpenſionis, &c. *Poſteà genuflectus cantet Hymnum* Veni Creator Spiritus, &c. *quo finito, dicat omnes verſus, ut in fol.* 243. *cum Oratione ſequenti.*

*Oremus.*

DOmine, qui corda noſti omnium, cui omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum, oſtende nobis quem elegeris, accipere locum miniſterii hujus, in quo pio in nos ſtudio ſemper tibi placitus, familiam tuam virtutibus inſtruat, & fidelium mentes ſpiritualium aromatum odore perfundat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Concluſa Oratione, procedatur ad Electionem ſecundùm Statuta Ordinis, & Cæremoniale Provinciæ; & canonicè facta, à Secretarioque publicata, (ut mos eſt) coram Communitate, concinat Vicarius Chori Hymnum* Te Deum laudamus, &c. *diſpoſita in Eccleſiam Proceſſione; & ibi, Hymno concluſo, dicat Præſidens verſus, & Orationes ſequentes.*

℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum ſancto Spiritu.
℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.
℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℟. A templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem.
℣. Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ.
℟. Et ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.
℣. In Conceptione tua Virgo immaculata fuiſti.
℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperiſti.
℣. Ora pro nobis Beate Pater Franciſce.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum, &c.

*Oremus.*

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Miniſtro noſtro, & dirige eum ſecundùm tuam clementiam, in viam ſalutis æternæ, ut te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparaſti: quæſumus, ut qui ex morte ejuſdem Filii tui præviſa, eam ab omni labe præſervaſti, nos quoque mundos ejus interceſſione ad te pervenire concedas.

Deus, qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fœtu novæ prolis amplificas: tribue nobis ex ejus imitatione terrena deſpicere, & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere.

Actiones, & electiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio, electio, & operatio á te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

## MODUS SERVANDUS
## In Capitulo Prælati Superioris.

*Congregatis Fratribus in Capitulo ad ſonum campanæ, inſurgat Prælatus, & dicat:* Spiritus ſancti adſit nobis gratia;

*ſedeant omnes, ſtatimquè accedant Novitii, dicendo ſuos defectus, & poſt ipſos omnes illi, qui ad hoc munus tenentur ſecundùm conſuetudinem, & Cæremoniale Provinciæ: his finitis, Prælatus adhortetur Religioſos ad ſui ſtatus perfectionem, & ad vitam regularem obſervandam. Poſteà, procedentibus in terra omnibus, dicant Confeſſionem; & Prælatus det illis abſolutionem ſequentem, cum reliquis uſque ad finem.*

Miſereatur veſtri, & Indulgentiam, &c.

DOminus noſter Jeſus Chriſtus, qui pro vobis eſt natus, & paſſus, vos dignetur abſolvere, in cujus authoritate, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & authoritate officii mei vos abſolvo ab omni vinculo excommunicationis mayoris, vel minoris, ſi fortè incurriſtis (& ab omni ſuſpenſione, & irregularitate, ſi quam contraxiſtis) & reſtituo vos Sanctis Sacramentis Eccleſiæ, & unitati, ac participationi fidelium. Item authoritate Summi Pontificis mihi commiſſa plenariam vobis concedo Indulgentiam, & remiſſionem peccatorum veſtrorum. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Apoſtatæ noſtri Ordinis ſunt maledicti, & excommunicati, Virgo autem Maria (quæ eſt Mater Dei, & gratiæ) precibus ſuis reducat eos ad gremium, & conſortium Fratrum ſuorum. Super vos autem obedientes, & perſeverantes, benedictio Dei Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti, & Beati P. N. Franciſci deſcendat, & maneat ſemper. Amen.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui vos potenter creavit,

vit, & redemit, ac in ſtatum clementer Euangelicæ perfectionis vocare dignatus eſt, ipſe vos benedicere, intellectum illuminare, affectum inflãmare, effectum roborare, ac donum perſeverantiæ uſque in finem præſtare dignetur. ℟. Amen.

*Deindè inſurgentes dicant alternatim Pſalm.* Ad te levavi oculos, *cum* ℣. Gloria Patri, *&* *Pſalm.* De profundis clamavi, &c. *cum* Requiem æternam *in fine. Poſteà dicitur* Pater noſter, *& ea, quæ ſequuntur.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Memento Congregationis tuæ.
℟. Quam poſſediſti ab initio.
℣. Salvos fac ſervos tuos. (*vel* Salvas fac ancillas tuas)
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace.
℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum, &c.

*Oremus.*

OMnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus: prætende ſuper famulos tuos Prælatos noſtros, & ſuper cunctas Congregationes illis commiſſas Spiritum gratiæ ſalutaris, & ut in veritate tibi cõplaceant,

placeant, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde.

Prætende Domine, famulis, & famulabus tuis dexteram cœleſtis auxilii, ut te toto corde perquirant, & quæ dignè poſtulant, conſequi mereantur.

Deus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt: Beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

Fidelium Deus omnium conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℣. Requieſcant in pace.

## De Capitulis Monialium noſtri Ordinis.

*Capitulum Monialium eodem modo fieri ſolet, ac Religioſorum; cum hoc tamen diſcrimine, quod finita Confeſſione, ſtatim dicat Prælatus ſequentia.*

PEr aſperſionem Sanguinis Dñi noſtri Jeſu Chriſti, & merita ſuæ Sanctiſſimæ Matris, ac Patris noſtri Franciſci. (*Si fuerint Moniales S. Claræ, dicitur*: Et Matris

veſtræ

veſtræ Claræ. *Et ſi non fuerint dicitur:*) Et omnium electorum ſuorum miſereatur veſtri, &c. Indulgentiam abſolutionem, &c.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus vos abſolvat, & ego authoritate ipſius, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & authoritate privilegiorum noſtro Ordini conceſſorum, in quantum authoritas mea ſe extendit, ego vos abſolvo ab omni ſententia, & vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, ſi fortè incurriſtis, à participatione excommunicatorum, & ab omni tranſgreſſione regulæ veſtræ: & abſolvo vos ab omnibus quibuſcumque cenſuris, in quãtum poſſum, & valeo, & reſtituo vos Sanctis Sacramentis Eccleſiæ: In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

*Poſteà dicitur Pſalmus* Ad te levavi oculos meos, *cum aliis, ut ſuprà, &c.*

## De illis, quæ obſervari oportet in Capitulis ordinariis.

*In Capitulis Conventualibus, ſeu ordinariis, quæ fieri ſolent ſingulis Feriis Sextis ſemiduplicibus cujuslibet hebdomadæ, vel ſaltem in menſe ſecundùm Conſtitutiones, congregatis Fratribus poſt Miſſam majorem, in loco ad id ſtatuto; & quando Prælatus dicit:* Spiritus ſancti adſit nobis gratia, *inſurgant omnes, dicendo* Amen. *Continuò ſedeant, ut mos eſt, & Novitii dicant ſuos defectus coram Prælato, & poſt ipſos omnes, qui hoc facere*

*facere tenentur. Quo finito, hortetur Prælatus omnes Fratres ad obſervantiam Regulæ, & Statutorum, ut dictum eſt in Cæremoniali Provinciæ. Illicò dicant Fratres Confeſſionem; & Prælatus:* Miſereatur veſtri, & Indulgentiam, &c. *ſine aliqua abſolutione, ſed immediatè dicitur Pſalmus* Ad te levavi oculos meos, & De profundis, *cum ſingulis verſibus, & quatuor Orationibus tantummodo, ut in folio 251.*

# AD RECIPIENDUM REGEM, Sive Principem, cùm prima vice ad Conventus noſtri Ordinis acceſſerit.

*Cùm Rex fuerit circa Eccleſiam, Fratres ordinatè, & proceſſionali ritu veniant ad portam Eccleſiæ, hoc modo. Præcedit Acolythus cum vaſe aquæ benedictæ, & aſperſorio, ſequitur alter Acolythus cum Cruce inter duos candelabros accenſos; deindè Fratres per ordinem, ſimul cum baldachino: ultimo Prælatus Crucem in manibus deferens, cum Diacono à dextris, & Subdiacono à ſiniſtris, Rex cùm acceſſerit ad introitum Eccleſiæ, genuflectit ſuper tapete ſtratum, & pulvinum ibi paratum, ubi Prælatus offert Crucem oſculandam Regi, faciendo reverentiam profundam ante, & poſt; & ſtatim tribuit Crucem Subdiacono à ſiniſtris ſtanti,; & accepto aſperſorio de manu Diaconi ſtantis à dextris, ſine oſculo manus, reverentia facta, ut ſuprà, aſpergit Regem aqua benedicta, deindè alias perſonas Regias, (ſi adſunt) & reverſo aſperſorio Diacono, & reaſſumpta Cruce de manibus Subdiaconi, Cantores incipiunt Hymnum,* Te Deum

*laudamus, & vadunt omnes proceſſionali ritu, ut ſuprà, (cum Rege ſub baldachino) ad Capellam majorem, ubi circa infimum gradum Altaris erit faldiſtorium, ſive genuflexorium pro Rege. Acolythus Crucem deferens, ne terga vertat Regi, accedat ad latus Euangelii cum Ceroferariis, & Prælatus indutus, cum Miniſtris aſcendat ad Altare ad latus Epiſtolæ; & cùm Rex acceſſerit ad ſuum genuflexorium, orabit: tunc Prælatus ſtans verſus Regem orantem, finito Hymno,* Te Deum, *Miniſtris ſimiliter ſtantibus, & librum tenens Diaconus, cantabit ea, quæ ſequuntur.*

℣. Deus judicium tuum Regi da.
℟. Et juſtitiam tuam filio Regis.
℣. Salvum fac Regem noſtrum Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum, &c.

*Oremus.*

Deus, cui omnis poteſtas, & dignitas famulatur, da huic famulo tuo Regi noſtro N. proſperum ſuæ dignitatis effectum, in qua te ſemper timeat, tibique ju-

giter placere contendat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Deindè Prælatus, depoſitis ibi veſtibus, veniat, ut Regem ducat ad anteriora domus.*

## Ad recipiendam Reginam tantùm.

*Omnia ut ſuprà, ſed verſus, & alia dicuntur, ut ſequitur.*

℣. Salvam fac Reginam noſtram Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum, &c.

*Oremus.*

DEus, cujus providentia in ſui diſpoſitione non fallitur, ineffabilem clementiam tuam ſupplices exoramus, ut ſicut Eſther Reginam Iſraeliticæ plebis cauſa ſalutis, ad Regis Aſſueri thalamum, regnique ſui conſortium tranſire feciſti; ita hanc famulam tuam Chriſtianæ plebis ſalutis gratia, ad gratiam tuam tranſire faciat,

ut tibi ſuper omnia jugiter placere deſideret, & te inſpirante, quæ tibi placita ſunt, toto corde perficiat, & dextera tuæ potentiæ illam ſemper, hîc, & ubique circundet. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Ad recipiendum Regem, & Reginam ſimul, fiunt ipſæmet cæremoniæ: ſed Prælatus finito Hymno, ut ſuprà, dicit.*

℣. Deus judicium tuum Regi da.
℟. Et juſtitiam tuam filio Regis.
℣. Salvos fac Reges noſtros Domine.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Mitte eis Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum, &c.

*Oremus.*

Deus, cui omnis poteſtas, & dignitas famulatur, da Regibus noſtris N. & N. proſperum ſuæ dignitatis effectum, in qua te ſemper timeant, tibique jugiter placere contendant. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Pro Principe hærede, ut ſuprà, ſed verſus, & Oratio, ut ſequitur.*

℣. Salvum fac Principem noſtrum Domine, &c.

℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℣. Dominus vobiſcum.

*Oremus.*

DEus, cui omnis poteſtas, & dignitas famulatur, da huic Principi noſtro N. proſperum ſuæ dignitatis eftectum, in qua te ſemper timeat, tibiquè jugiter placere contendat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

## AD RECIPIENDUM Patrem Generalem pro prima vice tantùm.

*Cùm Pater Generalis fuerit circa Eccleſiam, Fratres ordinatè, & proceſſionali ritu veniant ad portam Eccleſiæ. Præcedunt duo Acolythi cum aqua benedicta, & thuribulo: ſequuntur alii tres Acolythi cum Cruce, & Ceroferariis: deindè Fratres per ordinem, ultimus Guardianus, ſive alius Pater, Crucem parvam in manibus deferens, cum Diacono à dextris, & Subdiacono à ſiniſtris. Cùm Pater Generalis acceſſerit ad ingreſſum Eccleſiæ, ibi in pulvino ſuper tapete poſito, genuflectet: tunc Guardianus, facta prius reverentia, offeret ei Crucem oſculandam, & ſtatim dat Crucem Subdiacono, & accipiens aſperſorium de manu Diaconi, ſine oſculo manus, dat illud Patri Generali ſtanti, oſculando*

*do prius aſperſorium, & poſteà manum illius: tunc Pater Generalis ſe aſpergit, & deindè alios circunſtantes, incipiens à Guardiano: & reverſo aſperſorio eidem Guardiano, oſculata manu Patris Generalis, & poſteà aſperſorio, dat illud Diacono: ſtatim offert incenſum à Prælato Generali, & tenens Diaconus thuribulum, benedicatur, more ſolito. Tandem idemmet Guardianus incenſat Prælatum, inclinando caput antè, & poſt: & reaſſumpta Cruce de manu Subdiaconi, incipiunt Cantores Hymnũ* Te Deum laudamus, *& vadunt ad Capellam majorem cum Prælato Generali, ſub baldachino; ubi circa infimum gradum Altaris erit aliud tapete cum pulvino pro Patre Generali, Acolythus Crucem deferens, & Ceroferarii accedant ad Altare, ad latus Euangelii, & Guardianus cum Miniſtris aſcendet ad latus Epiſtolæ. Cùm Prælatus Generalis acceſſerit ad ſuum genuflexorium, orabit; & Chorus cantabit ſequentem Añam.*




ab




*Duo Cantores dicant :*

℣. Ora pro nobis beate Pater Franciſce.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

*Deindè Pater Generalis ſtans, dicet :*

Dominus vobiſcum , &c.

*Oremus.*

DEus, qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fœtu novæ prolis amplificas : tribue nobis ex ejus imitatione terrena deſpicere , & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Finita Oratione , & facta prius reverentia cum genuflexione Sacramento , vadit ad ſedendum ſuper cathedram in ipſa Capella majori , á latere Euangelii poſita. Et poſtquam Pater Generalis dixerit Orationem, Guardianus exuat ſe veſtibus in eodem latere Epiſtolæ, & veniat cum aliis Fratribus, & bini ac bini accedent, & genuflexi ante Prælatum Generalem, ab eodem benedictionem accipient: quo facto , omnes illum comitantes ad cellam perducent.*

# AD RECIPIENDUM Cardinalem, Archiepiſcopum, ſive Epiſcopum Diæceſis, prima vice tantùm.

*In receptione Prælatorum ſupradictorum fiant cæremoniæ, ut ſuprà in receptione Patris Generalis: ſed eſt advertendum, quod in Capella majori circa infimum gradum ponitur faldiſtorium, ubi Epiſcopus orat. Tunc Sacerdos Pluviali indutus cum Miniſtris verſus ad Epiſcopum orantem ſtabit; & finito Hymno* Te Deum laudamus, *cantatur in Choro ſequens Aña.*



SAcer dos, & Pon- ti fex, & vir-



tu tum o- pi fex: paſtor bo ne in po-



pu lo ſic pla cu i- ſti Dc- mi no.

*Deindè Sacerdos dicit verſus, & Orationem, ut ſequitur.*

℣. Prote-

℣. Protector noſter aſpice Deus.
℟. Et reſpice in faciem Chriſti tui.
℣. Salvum fac ſervum tuum Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum, &c.

*Oremus.*

OMnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus: prætende ſuper hunc famulum tuum Cardinalem noſtrum, (*vel* Archiepiſcopum noſtrum, *vel* Epiſcopum noſtrum) & ſuper Congregationes illi cõmiſſas, ſpiritum gratiæ ſalutaris: & ut in veritate tibi complaceat, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

*Finita hac Oratione, inſurgat ſacer Prælatus, & aſcendens ad Altare, dabit Pontificalem benedictionem more ſolito; interim Sacerdos ſtabit ad latus Epiſtolæ in gradu inferiori.*

MODUS

# MODUS CANTANDI
## Pſalmos, Verſus, Lectiones, & Orationes, cæteraque pertinentia ad Divinum Officium in Choro, & Altari.

*Intonatio Verſus ad principium Divini Officii.*





Al- le lu- ia. Laus tibi Domine, &c.

# INTONATIONES PSALMORUM.

*Primus tonus ſimplex.*



Dixit Dominus Domino me o, Se de à dextris



me- is. Sæculorum. A men. Sæ cu lo-



rum. A men. Sæculorum. A men. Sæ cu lo-

*ſolemnis.*



rum. A men. Ma gni· fi cat. Magni fi cat.